

17.)

1978

N

33



CVRIATA
REIPVBLICAEBVDISSINENSIS
COMITIA

QVAE

VIRVM

MAGNIFICVM, AMPLISSIMVM, ATQVE
EXCELLENTISSIMVM

DOMINVM

CASPARVM
CHRISTIANVM
HVBSCHIVM,

J. V. LICENTIATVM

HAEREDITARIVM in Nieder-Keyna/
CONSULEM ATQVE GYMNASIARCHAM
SPECTATISSIMVM

PER

LEGITIMA SUFFRAGIA
STATIS FESTIS

A. O. R. M. DCCXIII.

PRAETEXTA CANDIDA

ATQVE

SPLENDIDISSIMIS INSIGNIBVS

HONORABANT

GRATVLATIONIBVS

SACRIFICIORVM ET LIBAMINVM

LOCO

VENERANTVR

PATRONO SUMMO

DEVINCTISSIMI

GYMNASII DOCTORES.

BVDISSAE. LITERIS RICHTERIANIS.



C. B. D.

Ultis nominibus Patriæ *bellissime* Consul,
 Virtutis specimen, Pieridumque jubar,
 Antiquæ fidei decus alium, Scævola *belle*,
 Gloria *perbellæ* delictumque Domus!
Bellipotens rigidis dum Mars furit undique flammis.
 Arvaque non raro *bella* cruore madent,
 Oblatas *bella* gravitate capeffis habenas,
Bellæ queis Patriæ ponderat tanta regas.

Hinc sibi non *bellum*, bene sed bellaria spondet,
 Finc poterit *bella* pace Budiffa frui.
 Consule sub *bello* te Curia *bella* refulget
 Ara reis Themidos *bella* subinde manet,
 Et genus electum *belle* sua *bella* volutat,
 Ac inter spinas ut rosa *bella* viger,
 Attica sic capiunt nostræ *Bellaria* Mufæ,
 Et Deus hic illis otia *bella* facit,
 Mœnia sors urbis *bellæ* *bellissima* cingit,
Bellus, & hinc felix integer annus erit,
Belle animi virtute tui, Pater optime, salve!
 Salve dulce decus, Præsidiumque meum!
 Copia porro tuas diffundat largiter ædes,
Belle, precor, Consul, sit tibi *bella* salus!
Imbellis Tua *bella* Venus Tibi floreat usque,
 Atque ferat *bellam* plurima *bella* domum.
 Hæc ergo Pietas dum cernit singula *bella*,
 Fingitur in *bella* *bella* Budiffa Cedro,

Patrono bello tenui hoc applaudere filo
dehuit

M. Daniel Bartsch, *Rect.*

Pf. LXXII. 3.

Herr Gott Zebaoth! Laß Die Berge Freude
belingen Vnter Das VoLCK!

Dum Patriæ nova vota Patres ad sidera mittunt,
 Et pia divinis laudibus ora sonant.
 Exultans hilari motu de more Thalia
 Tales ingeminat corde regente preces:

Sancæ Pater, vultu que nunc precor, accipe leni,
 Nec mea difficili respue vota manu,
 Magne DEUS, solo qui nutu sidera torques,
 Nec non Terrigenas in Tua jura trahis,
 Qui regis aratas acies ac prælia, & omnes
 Ante fugas Regum quam metuantur opes,
 Fac rata, que bona dant numeri promissa sacrati,
 Fac rata, ne tradas irrita ferre Notis,
 E sanCto reDeat PaX Monte SlonIs honesta,
 Gentes PaCatas OIa grata beent!
 Bellorum satis est, Martis compesce timores,
 Vel quibus iste placet, Martia signa premant,
 Lethiferos arcus & tela nocentia frange,
 Scuta pii justis ignibus ure rogi,
 Bellorum satis est: pacem te poscimus omnes,
 Qua nos æterna prosperitate beet.

Alma



Kopiel 78 N 33 [17]

Alma falus nunquam nostro de limine tendat,
 Sedes sed prifcas hofpita tuta colat.
 Sicque Bulliffa Tibi meritis perfolvat honores,
 Sicque tuas laudes Tempia, Scholaeque canent.
 Sed, Vir Magne, novos cui falces Curia tradit,
 Quem cupit Atlantem fanctior Ordo fuum,
 Maacte tuis meritis, HVBSCHL, ó maacte falute,
 Sponder ab auxilio quam DEus ipfe fuo.
 Pax votis praear: Benedictio dia fequatur,
 Sic bene cedet opus, fic leve fiet onus.
 Quod capiti, hoc membris; curas det Curia, Patres,
 Non aberit curis cura paterna DEI,
 Noftis enim veftris quæ funt folamina Mufis;
 Sape premente Deo fert Deus alter opem.

M. Michael Thym, Con-R.

Ταῖς μὲν ἐν ἰσῆς λέγεται γραφῆσιν
 πᾶσα ψυχὴ τῆ ὑπετάχθη ἀρχῆ
 οἱ δὲ τῶν Φαύλων ἀμελῶσι πάντῃ
 ταῖονόμοιο.
 ἔν γάρ ἡ λύσση κρατερὴ τε μήνις
 δαίμονος ψυχονόου ἀνδροφόντου
 τῶν γε ἀρχόντων μάλα πλῆξε κῦδος
 οὐρεσιόπεμπτον.
 ὡς δὲ πυροσπίου ἀνευθε φωτός
 ἡλίου, θνητῶν βίους μογησθε
 ἄτω ἐκτός τῶν πευτέρων πολιῶν
 εἰσὶν ἀνολβοι.
 ὠφελὴς πόλιν πλεον καὶ δικαιο
 ἐστὶν ἀρχόντων πόνος ἢ δὲ ἀλκαρ
 καίρα τὴν ζωὴν παρεῖ βροτοῖσιν
 πρξιμακαριστον.

τὴ χάρι γὰρ καὶ μετὰ φρεσὶν ἄμμων
 χάριμα ἰξαιφνης πλεται ἀλυτον,
 ἦγε Βυδίσσης μάλα λάμπει ἀρχή
 ἠδὲ φαίνει.

ENRIKO Z πόφρον πλεως κάρνον
 σωφρόναν τ' ἀνείραν γεφανος κ' ἐέλωαρ
 ἔν γε τὰς ἀρχὰς φρενοθεν διῶσιν
 τῶ γε εἰταίρω.

καὶ ῥα θεῖον κάλλος ἔχωι χάριν τε
 ΤΙΒΕΧΙΟΣ κρείων ὑπατος πολιτῶν
 ἔσαι, ὡς κάλλος πλεως σαῖσσι
 πέντοφος ἀνδρῶν.

ἀλλὰ τῆτ' αὐτὸν πλέεν δύνασθ
 ὄνος ἠδ' ἀλκῆν σὺ θεὸς πόρησον
 ἐκ σέθεν κάλλος δύναμις τε πάσσι
 μένει ἰκάνει.

τῶ λαμπροτάτῳ κρεακῶ ΤΙΒΕΧΙΩΙ
 ἀνδρὶ μνοικατάτῳ π καὶ ὄντων χάρι
 ἐσάτω τὴ ἀζιμάσος συνηθείς ταῦτα ἐκ
 ψυχῆς ἔγραψεν

M. Georg. Ehrenfried Behrnauer.

Excipit, en merito mea Musa obstricta suavem
 Votorum summam, munera perficiens.
 Ast, ubi principium, quorsum quoque finis abibit,
 Cum Patronorum fulgor ubivis adest,
 Hicce adeo venam tenuem percussit, ut illa
 Patronis non sit funderè digna potens.
 Contulit ergo stupens tria vel quasi verba, benigne,
 Patroni summi, suscipiatis ea,
 Quæ cecini in templo germano corde, fideque,
 In Cœlis resonent, sint rata, grata DEO.

Christianus Müllerus, Cant.

HENRICI falces deponit, & HUBSCHIUS illos
 Accipit, ambobus gratia lausque Viris.
 Est facies jamjam, fateor, non optima rerum,
 Exultat heu! terris pacis amicus amor.
 Infera miscentur superis, quadrata rotundis,
 Miles in arma venit, cuncta libido replet.

HEN

HENRICI felix, qui tot tantisque procellis
 Subduxit puppim, littora grata subit.
 Nec timeas, *HUBSCHII*, perpulchrum Juris *Agalma*,
 Auxiliante Deo, tangitur ora Tibl.
 Vivite felices, *Consul, Prætorque Senatus*,
 Pax redeat, vireat, pace virente, *Salus!*

Jeremias Calmann.

INter alia *Gubernatorum*, inquit *Boetius*, decora, Prudentia collocatur, cui *Procopius* affabilitatem adjungit Sociam. Illa ex præsentibus, præteritis & futuris optima perpendit, colligit, eligit & ad salutares fines disponit atque dirigit: Hæc ad mutuum amorem & concordiam suâ humanitate animos Subditorum flectit, & ut inter illos amoris & concordia conservetur unitas, læta quandoque instituit gaudiola, in quibus, ait *Wanckelius*, comprimis Ministris refocillantia exhibentur pocula, quæ etiam ab illis, hæc quamvis barbara, non tamen illepidâ cujusdam *Monachi* excipiuntur formula! *Potum Servorum benedic DEUS alme tuorum*; conducat quoque Sanitati *Abbatum* nostrorum, *si plus potetur benedictio multiplicetur*; Ergo sumus læti in Domino: Bibamus paulo liberius, & utamur linguæ disertæ facunditate, in bona candidaque caritate; Quod si vinum deficiet, benedictio ex aqua aliud faciet & plus largietur, quam epotetur. *Vestra Patres Patrie Benignissimi*, in nostra *Gregoriana festiuitate*, tot vicibus comprobata *Munificentia* quid aliud fuisse? quam *Vestra* peculiaris in nos *Schole Doctores* propensa affabilitatis indicia, nos lætis atque eruditis discursibus oblectantia; Amore Paterno complectantia; Munificæ optimi bonique Coloris, Odoris & Saporis *liberalitate* refocillantia; ad mutuum amorem & concordiam, atque referendas *Deo & Vobis* debitas gratias, quæ visque prospera animo grato, & ore candido apprecanda, moventia; *Vrant Patroni nostri*, florentque sub uberrima Dei benedictione, quo & sequentibus annis, ex illorum grata *Præsentia*, incolumitate, atque jucunda conuerfudine, læta in Domino percipere queamus solatia. Hæc fuerunt semperque erunt vota nostra; DEUS mea quoque hodie exaudiat, & ea in obeundis *Consulis Regentis, Viri Excell. Dni. Hübschii Fascibus* rata faciat, iis benedicat, eosque ipse dirigat, consilia Reipubl. salutaria suppeditet, & in tractandis expediendisque rebus arduis operose assistat, atque omnia huic Urbi noxia infortunia avertat: Reliquis vero *ipsis Tit. Dnn. Collegiis Splendidissimis*, firmam Sanitatem, fortunam cum affluentia rerumque optimarum prosperrimam clementer concedat. Hisce tanquam veloci cursoris pede, ad tumulum & societatem b. m. *Collegarum* meorum; *Christiani* Con-R; *Gumprechtii* Cant. foci mei; *Wagneri* Coll. V. *Schwartzii* Cant. *Jentschii* Sub-Con-R. *Schulzi* Rect. satur annorum, & mundi hujus nequam vexationum, variorumque infortuniorum, uti homo & ob modernum *Conjugii* meæ in oculis hominum morbum incurabilem, afflictissimus, cum gaudio properaturus, fortassis *ultima vice Observantiam* suam testari debuit voluit

Vestrarum Prenob. *Dignitatum* a triginta & septem annis vetus gratusque, tum *Antecessorum*, cum & *Vestrorum Beneficiorum* devotissimus Cultor

Nicolaus Gæmbarzovvsky, Coll. VI.

ESt aliquid, claræ gentis de stemmate nasci,
 At virtute genus vincere, major honos.
 Maxima sed Laus est, ubi sic effulget utrumque,
 Ut genus & virtus tædus inire queat.
 In Te *Mæcenas*, hæc quam sit gloria duplex,
 Nunc præfens, olim, postera fama feret.
 Non opus est nostris (nec enim Sol lumina poscit.)
 Laudibus, en! duplex Te manet usque deus.
 O! felix Omen! Cives! nam *Consule tanto*
Nobis nunc duplex, non erit una, Salus.

**Elias Scheller, Orphan. Inform.
 & Coll. Adjunct.**

V. 18

78 N 33 [17]

Kapsel

VD 18

ULB Halle
007 526 784

3





CVRIATA
REIPVBLICAEBVDISSINENSIS
COMITIA

QVAE

VIRVM

MAGNIFICVM, AMPLISSIMVM, ATQVE
EXCELLENTISSIMVM

DOMINVM

CASPARVM

CRISTIANVM

YBSCHIVM,

LICENTIATVM

EDITARIVM in Nieder-Reyna/
M ATQVE GYMNASIARCHAM
SPECTATISSIMVM

PER

LEGITIMA SUFFRAGIA
STATIS FESTIS
A.O. R. M. DCCXIII.

ETEXTA CANDIDA

ATQVE

NDIDISSIMIS INSIGNIBVS

HONORABANT

RATVLATIONIBVS

CIORVM ET LIBAMINVM

LOCO

VENERANTVR

TRONO SUMMO

DEVINC TISSIMI

GNASII DOCTORES.

SAE. LITERIS RICHTERIANIS.

